



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 17. Cur velamen mysticum appellaretur, in eo filum rubeum insutum  
fuisse, ipsu[m] tamen albi coloris extitisse, eius materialinu[m], emptor  
baptizandus, vel Ecclæ idem sacris de more verbis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

capita velabant. Vnde Ezechiel. 44. de Iudeis:  
linea erunt in capitibus eorum: & de Gen-  
tibus apud Lucanum lib. 1.

— *vittata sacerdos:*

& Virgilium Aenid. 3.

— *redimitus tempora vittis:*

Plaque alia scriptorum testimonia extant:  
que ego si persequi velim, immemor proposi-  
tionei sim, quo mihi solummodo Christiano-  
num ritus, non aliarum gentium mores, vel  
instituta literis mandare decretum est.

Sacerdotes  
Hebrei, &  
Gentiles  
caput vela-  
bant.

Cur velamen mysticum appellaretur; in eo filum ru-  
beum insutum fuisse; ipsum tamen albi coloris  
existisse; eius materia linum, emptor baptizan-  
dus, vel Ecclesia; idem sacris de more verbis ex-  
piari solitus; galea in morem paulatim in sum-  
mo fastigiatum, & septem diebus delarum esse;  
pluribus imponi licuisse; depositum, in Ecclesia re-  
sum cessisse; & quandiu illius usus durauerit;  
de qua origine gesipij in baptismo adhibendi.

### C A P. XVII.

**E**X hac celebri significandi vi, etiam mystici Velamen  
nomen inuenit. Quo modo ipse baptis- cur mysti-  
mus non raro mysterium à Patribus dictus est: cum appel-  
latur.  
Ambrosio lib. de Spir. Sanc. cap. 11. in mysteriis  
interrogatio tria defertur. Hieronymo ad cap. 6.  
Amos: in mysteriis primum renunciamus: & Isido-  
ro Hispalensi lib. 2. de Offic. cap. 20. sales autem  
in mysteriis chatechumenis dandos à Patribus inde

B b b

754 De Antiq. Bapt. rit. ac ser.

est institutam, &c. Vere tamen etiam affi-

mare posse videor, eius appellationis caulan

non postremam sibi vindicare filum rubetum,  
in eo insui solitum, quod Christi passionem, à  
qua omnis abluendi vis in baptismum tan-

quam à fonte profluit, indicabat. Cuius au-

thor est Gulielmus Durantus Ration. Dini,

Offic. lib. 6. cap. de sabb. Pascha. Nec ego tam

viri autoritate mouer, vt credam, de anni-

quorum ritibus sine certa autoritate dispu-

rantis: quam quod id etiam sua aratem pru-

uincia Narbonensi receptum fuisse. testatur

in quo viro satis diligenti temere fidem abvo-

gare, dubia prudentia esset. Cum praesertim

Ordo sacramenti Confirmationis apud A-

ethiopes, qui in Bibliotheca veterum Patrum

insertus est, de nostratis Christianis idem

affirmet; cuius haec sunt verba: tunc inueni

qui baptizati sunt, vestem album, & coronam su-

per expita sua ex myrbo, & palma, & rubanu-

stem undulatum, & frigiatam, seu acu pecten.

Quippe nihil aliud est posterior uestis, quam

manifestum rubei fili in mystico velamine uestigium. Cæterum ipsum velamen albi co-

loris erat, non solum quia uesti, & calcis si-

mile fuisse, probabile est; aut quia baptismi di-

gnitas, & ratio postulabat, vt conscientie nitor,

quem efficit, omni externo cultu significatur:

verū etiam quod ex lino constaret: quod,

nisi succis inficiatur, album esse solet. Dixi-

nim Methodius Constantinopolitanus tractatu

de iis, qui abnegarunt per diuersos modos, &

cœtates, cum ad mysticum velamen alludere:

Mysticive  
laminis co-  
lor albus,  
& materia  
linum.

lauaro linteo decinctus : ubi linteum pro re ex lino  
confecta possum est . quare , cum nullus my-  
stici velaminis succis illiti meminerit , satis co-  
stat , velamen album fuisse . Verum hic quaestio  
non potest a quibus mysticum velamen eme-  
re tur ; sed , si perspecta sint ea , quae de veste ca-  
dida diximus , nemo dubitabit , quin diuites ipse  
quidem illud sibi compararint . pauperibus au-  
tem Ecclesiae sumptibus suppediratum fuerit ; tem Eccle-  
siae in re ratiō esse debet : & , quae Constantinus bus imppe-  
ditabatur . Ecclesia in sumptus Baptismo necessarios in-  
genti pietatis significatione donauit , ea ad my-  
sticū velamen iuxta , ac vestem candidam per-  
tinuerunt . Vtrum vero sola naturae dignitate  
velamen commendari esset , an in hunc usum . Mysticum  
terris precibus deuotum , nihil certi habeo ,  
quod affirmem : sed si coniecturis utrūsque est , so-  
lenii benedictione sacram fuisse , crediderim  
uno Iuonis Carnotensis testimonio , qui serm.  
de sacram . Neophyt . sacram haud dubie appel-  
lat : cum inquit : tegituret iam , post sacram uictio-  
nem , eis caput sacro velamine , ut intelligat , se dia-  
demate regni , & sacerdotali , sicut dictum est , digni-  
tate porri . Neque omitendum , quod de huius  
velaminis forma ex Nicephoro Callisto vi-  
deor collegisse : nam lib . 3 . cap . 37 . cum pueri  
Hebrei sacris baptismalibus initiati ritus , &  
ceremonias recenseret , mysticum velamen ga-  
late nomine appellat his verbis : Christianorum  
pueris Hebreus puer familiaris erat : hunc per lu-  
dum pueri nudum ad mare stantem baptizauerunt :  
O , qui circa haec frequentatur , imaginario amictu

Mysticum  
velamen  
diuites ipse  
compara-  
bant , pau-  
peribus au-  
tem Ecclesiae sumptibus suppediratum fuerit ; tem Eccle-  
siae in re ratiō esse debet : & , quae Constantinus bus imppe-  
ditabatur . Ecclesia in sumptus Baptismo necessarios in-

genti pietatis significatione donauit , ea ad my-  
sticū velamen iuxta , ac vestem candidam per-  
tinuerunt . Vtrum vero sola naturae dignitate  
velamen commendari esset , an in hunc usum . Mysticum  
terris precibus deuotum , nihil certi habeo ,  
quod affirmem : sed si coniecturis utrūsque est , so-  
lenii benedictione sacram fuisse , crediderim  
uno Iuonis Carnotensis testimonio , qui serm.  
de sacram . Neophyt . sacram haud dubie appel-  
lat : cum inquit : tegituret iam , post sacram uictio-  
nem , eis caput sacro velamine , ut intelligat , se dia-  
demate regni , & sacerdotali , sicut dictum est , digni-  
tate porri . Neque omitendum , quod de huius  
velaminis forma ex Nicephoro Callisto vi-  
deor collegisse : nam lib . 3 . cap . 37 . cum pueri  
Hebrei sacris baptismalibus initiati ritus , &  
ceremonias recenseret , mysticum velamen ga-  
late nomine appellat his verbis : Christianorum  
pueris Hebreus puer familiaris erat : hunc per lu-  
dum pueri nudum ad mare stantem baptizauerunt :  
O , qui circa haec frequentatur , imaginario amictu

B b b ij

facto, in capite eius arcanam, mysticamque galeam adumbrarunt. deinde pro cereo dexteram ligato teni armantes, quæ eius sacri ritus sunt, mysteria omnia absoluunt. ex quo intelligere possumus, velamen, non secus ac galeam, paulatim in lummo

Mysticum fastigiatum fuisse. Atque hoc quidem de forma. quandiu autem mysticum velamen feretur, ex iis, quæ de veste candida dicta sunt, qui libet intelligere potest. verum, ut apertius constet, septem diebus delatum esse. Glossa verba in capit. 121. Concilij Belluacensis afferam, quæ sic habent: pannum, (id est, mysticum velamen) quo caput pueri circumcingitur, ne recens vñctio Episcopi deleatur, vel defluat, vel quo ventu chrismate à presbytero per unctus oboluatur. velamen enim ideo adhibitum esse dicitur, ne verticis vñctio aresceret, at vñctionem baptizati septem diebus retinebant, igitur velamen septem diebus ferri solebat. Quod adhuc ma-

velamen o manifestius erit, si in mentem veniet, baptizatos anno die illud octauo die cum solenni religione deponebantur. De quo præclarè S. Augustinus serm.

160. in Dominica in Octauis Paschæ; cum ad recens baptizatos inquit: *hodie octauæ dicuntur infantium, reuelata sunt capita eorum, quod est indicium libertatis.* Vbi verbum infantium siue pro quibus libet baptizatis usurpetur, more à multis Patribus recepto, siue tantum pro pueris adhibitum sit, omnino id, quod volumus, clarè ostendit: cum reuelare nihil aliud, quam velamen auferre, significet. Potest etiam ad idem comprobandum Albini Flacci authoritas afferri, qui lib. de Diuin. Offic. cap. 21. de sabb. in

Alb. chrismatisunctionem septem diebus à baptizatis conseruari debere, tradit in hunc modum: quanto autem tempore generaliter ab Ecclesia celebratur aduentus spiritus sancti super Apparatus, tanto tempore debet obseruari unctione chrisma-  
tis: & non immerito: quoniam spiritus sanctus in septem mulieribus, hoc est, septem virtutibus venit ad hospitem suum. nam, si mysticum velameum chilinatis conseruandi causa adhibebatur, ut ante probatum est; consequi videtur, ut tandem ferri soleret, quoad chrisma retineri, necesse esset: hoc vero septem diebus custoditum esse, ex verbis, septem mulieribus, & consuetudine Pentecostes festum septem diebus latè Pentecostes agitandi, palam est. Et forte Beroldus noster festum se-  
huc alludere voluit die sabb. in Alb. dum hu-  
ius diei ceremonias ita recenseret: Archiepisco-  
pus, aut presbyter septemanarius facit signum Crucis super fontes. duo minores presbyteri de centeno  
numero debent discoperire capita puerorum. Puto  
enim verbo discoperiendi, velaminis auferendi Velamen  
consuetudinem indicasse. quod si verum est, deponeba-  
fateri oportet, mysticum velamen in baptiste-  
rio depositum esse. Liberum tamen erat sa-  
cerdotibus, ab uno depositum, alteri impone-  
re. Quod testatur Concilium apud Bellua- men p'uri-  
cum cap. 121, ubi data opera de hac re: si quis, bus impo-  
niuit, voluerit chrismate pannum iterum linire,  
& super alium baptizatum mittere, non est absurdum. Ad quem locum Glossa: pannum, quo ca-  
pupueri chrismate in fronte circumcingitur, ne re-  
cenuntio Episcopi delectatur, vel defluat, vel quo  
vertex chrismate à presbytero perunctus obnoluitur.

B b b iij

**Velamen**  
depositum  
in Ecclesiæ  
vsum cede-  
bat.

Quo argumento etiam post depositionem, in Ecclesiæ vsum cessisse, adducor, ut credam, Non enim penes presbyteros fuisset, bisidem adhibere, si suum quisque domum aportasset, Ad cuius rei probationem poterit insuper lector velaminis consecrationem adhibere. Que

Velaminis  
vslus dura-  
uit usque  
ad tempora  
Iuonis Car-  
notensis.  
Gossipij v-  
sus ia bap-  
tismo unde  
profectus.

qui ab Iuone Carnotensi literis prodita est, omnes facile intelligunt, etiam velaminis vslum usque ad eius tempora durauisse: que eo anno inciderunt, qui fuit salutis M XC. Post quem dignis de causis, quæ plerosque latent, candida lana (vulgo bombacium dicimus) abstergi, Patres voluerunt. Cuius forma in omnibus Ecclesiis hodieque seruatur.

*De calceis post baptismum dari solitis: & deu-  
rum causa, ac origine, aliisque ad ipsos pertinentibus.*

### CAP. XVIII.

**Calceida-  
bantur ba-  
ptizatis.**

**S**ed iam hinc oratio nostra ad calceos sele-  
mos tenere possint: siue quis eius mysteria, si-  
ue ritus nouitatem spectet. Ut mirandum ma-  
gnopere sit, in tanta veterum scriptorum co-  
pia, pene memoriam interiisse. Vnus extitit,  
ne ille quidem valde vetus, sed tamen ve-  
terum rituum, si quisquam alius, longè per-  
tissimus, cuius beneficio huius ceremoniz  
nos cognitionem hausimus, aliisque com-